

Eine Reise zu Ciceros Villa bei Cumae – der *Grammaticus* gibt Informationen

Grammaticus: „**Iter** ad Vesuvium facere parātis. Nam Cūmae sunt **prope** Vesuvium. Quid scītis dē Cūmīs?“ Mārcus: „Prīma¹ **colōnia** Graecōrum in Ītaliā fuit.“ Grammaticus: „Bene, Mārce! Audīte: Quondam virō clārō placuit ē Graeciā virōs et mulierēs miserōs **hūc** in Italiam **dūcere** et urbem **condere**. Adhūc ibi multī virī et mulierēs mōrēs Graecōrum colunt ...“ Quīntus: „Fābulās quoque Graecōrum adhūc colunt.“ Grammaticus: „Bene! Sub Vesuviō enim – ut nārrant Graecī – Gigantēs habitant. Quid scītis dē Gigantibus?“ 1) **prīmus**, -a, -um: der erste

L15 Auf dem Weg in eine andere Welt

„Mārcus: Ecce, procul¹ videō montem altum.

Paene caelum tangit!“ Cicerō: „Vesuvius est.

Iam villae et Māgnae Graeciae appropinquāmus!“

Mārcus: „Cūr eam terram Graecī colunt?

5 Num quondam arma sūmpsērunt et Italiam invāsērunt2?“

Tum Quīntus rīsīt: „Haha! Quid dīxistī, Mārce? Graecī Italiam non invāsērunt². Apollō deus, ut dīcunt, eōs per ōrācula³ hūc dūxit et eīs in Italiā locōs dedit, quōs colere potuērunt.“

Cicerō: „Graecī ōrāculīs³ deī pārūērunt: Nōn timuērunt

10 perīcula itineris et in Italiā urbēs condidērunt. Itaque

in Italiā multa theātra et templa Graecōrum cōspicis.“

Mārcus: „Sed Rōmānī Graecōs superāvērunt.

Magna Graecia nunc Rōmānae potentiae pāret!“

Subitō equī cōsistunt. Nam in viā mulier mīra stat

15 et clāmat: „Cūr hūc vēnistis? Nōne sīgna vīdistis?

Nihil audīvistis?“ Cicerō: „Quid vīs? Nōs nihil vīdimus, nihil audīvimus, ergō nōbīs locum dā!“ Mulier autem: „Gigantēs sē mōvērunt! In multīs locīs flammās vīdī.

Vōcēs īnferōrum audīvī.“ Cicerō verba mulieris neglegit

20 et iter pergit. Mārcus autem rogat: „Quid mulier dīxit?

Verba eius nōn comprehendī.“

Tum Quīntus: „Prope Vesuvium via dūcit ad īnferōs.“

Mārcus: „Sciō. Sed quis mulier fuit?“

Cicerō rīdet: „Sibylla quoque, ut dīcunt, hīc habitat.

25 Fortāsse⁴ vīdimus Sibyllam ...“

1 procul: in die Ferne, aus der Ferne, fern 2 invādere, -ō, invāsī: angreifen

3 ōrāculum, -ī n: das Orakel, der Orakelspruch 4 fortāsse: vielleicht